

L I C E N T I A.



RA T E R Ioannes Mur, sacrae Theologiae Professor, & Prouincia Aragoniae Ordinis Praedicatorum Prior Prouincialis concedo facultatem, & praecipio in virtute Spiritus sancti, & sanctae obedientiae, & sub formali praeecepto, R.A.P. Magistro Fr. Ioanni Biescas, Primario Theologiae Professore in celebri Oscensium Academia, vt quam primum valeat, typis mandet Tomum primum *Apologiae pro doctrina S. Thoma*, praemissa approbatione R.R. P.P. Fratris Andreae Vriue Magistri, & Fratris Ludouici Guasso Magistri. Dat. Barcinonae, die 2. Maij 1632.

*Frater Ioannes Mur,
Prior Prouincialis.*



A P P R O B A T I O.



In commissione A.R.P.N. Prouincialis Aragoniae per legimus Tomum primum *Apologiae*, compositum a R.P. Magistro Fr. Ioanne Biescas, Primario Theologiae Professore iam emerito in Oscensium Academia. Et comperimus, quanto firmitus a Bobe lasso fingantur vestigia. Videmus enim in hoc Auctore solidae antiquitatis in conscribendo grauitatem, sententiarum pondus, doctrinae candorem, in controuersijs componendis nimiam facilitatem, in expugnandis contrarijs laudabilem modestiam, quae maiorem non inuenies in ceteris Scholae Auctoribus, atque piuum charitatis affectum, vt nobis videatur, illuminasse intellectum eius Sanctum Doctorem ad mentem suam percipiendam. Nam Thomisticum spiritum ubique monstrat, & iugiter retinet. Quapropter nihil in hoc opere inuenimus non orthodoxum, non bonis moribus consentaneum, non doctum, non denique felici ingenio Auctoris dignum. Cum igitur tantas Theologiae opes inuenerimus in eo, iudicamus ipsum prae lo, & aeternitate dignissimum. In Conuentu Praedicatorum Osca, die 8. Iulij, Anni 1634.

Fr. Andreas Vriue Magister.

*Fr. Ludouicus Guasso Magister,
& Prior S. Petri Martyris Calataiubi.*

ILLVS.